

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XLIIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

deri volunt, cum veram horum sententiam cane & angue pejus oderint, & extinxerint, sed non proficiunt amplius.

Huberum quod attinet, nihil spci video, est mihi notum hominis ingenium opinionis semel conceptae tenacissimum, ad ejusque propagationem ardentissimum. Audio ejectum è Saxonia Electorali, circumcurritare & querere patronos & praëla, ut suos collegas non jam Calvinismi, sed Saracenisini publicè proclameret & reos agat: in tantam, ut fertur, exarsit rabiem. Nisi conatibus ejus obfiterit DOMINUS, dabit maximas in Ecclesia turbas, & offendicula offendiculis cumulabit. DOMINUS & Salvator noster Ihesus Christus medeatur hic scandalis, & Ecclesiam suam conservet in veritate sua, fermo ipsius est eritas. Benè & feliciter in Christo vale, Reverende & Clarissime Vir, una cum Reverendis Dominis Collegis, quibus omnibus ego & Collegæ Salutem reverenter & officiose adscribimus. Data 8. Aprilis 1595.

R. T.

amans &amp; colens

Johannes Magirus, Ecclesiaz  
Stutgard, Praepositus,

## XLIX.

**S** Breviorem inscribendo me facit, vehemens ~~κεφαλαια~~ & gravedo, qua cum aliquot jam diebus conflictandum mihi fuit. Dabis igitur haud gravatè brevitati veniam, Reverende ac Clarissime D. Doctor, Domine & amice plurimum colende: & uberiores primo quoque tempore expectabis à me literas. ~~Αρτιστης~~ Tuum, Pezelianis næniis oppositum, haud omnino, eadem præpeditus causa, legendo absolvit. Quotquot verò ego hactenus quaterniones evolvi, nec evolvi modò, verùm etiam, quantum quidem per judicii imbecillitatē licuit, ad cœlestis veritatis normam, tanquam in fallibilem Cynosuram appendi, verè & candidè affirmare possum me nihil in iis deprehendisse, quod vel à S. literarum mente genuina, vel ab ~~μαθητη~~ fidei, vel denique à Confessionis ~~γνωστος~~ Augustinæ, cæterarumque Ecclesiarum nostrarum librotum symbolicorum candore, fide, consensu vel tantillum deflectat. Quo sanè nomine ex animo Ecclesiis nostris gratulor, TIBI verò iterum atque iterum pro hoc labore gratias ago habeoq; immortales. Alterum tuum scriptum, Heidelbergensium ~~ελασιστης~~ nugis, in Comitiis superioribus proximis, toti orbi Christiano propinatis oppositum, in Catalogis quidem deprehendi, verùm à nostris Bibliopolis nullum ejus ad nos Exemplum hactenus allatum. Germanica Confess.

A. 1595.

P A R S S E X T A

737

Confessio D. Huberi, Ursellis nuper typis demandata, certè monstrì aliquid  
alit, & ad movendas in Ecclesiis turbas, præclaras occasionses suppeditat.  
Dum enim imprudentiores, inque hac controversia minus exercitari, Con-  
fessionem illam simpliciter accipiunt, in qua profectò rectius ille sentit, quām  
loquitur, neque inter dilectionem, vocationem & Electionem distinguere di-  
cierunt, sit, ut plerique in Huberi sententiam, pedibus quod ajunt, concedant,  
injustè ipsum damnatum clamitent, Ecclesiæ Misnicae, earumque Doctores,  
gravi omnino præjudicio onerent. Cujus rei ~~accusationem~~ quædam, apud  
nonnullos Reipub. nostræ Advocatos, viros alioqui clarissimos, non sine dolo-  
re videre necesse habui, qui sola illa Confessione moti, ita mordicus causam  
Huberianam defendendam suscepserunt, ut in ipsius sententiam quasi jussæ  
videantur. Controversia Fischeriana quo jam utatur fidere non constat:  
Spero autem me brevi, de utraque Controversia prolixas satis & copias ac-  
cepturum literas, quarum argumentum proxima occasione, volente DO-  
MINO, communicabo. Benè vale, Reverende & clarissime D. Doctor, Ami-  
ce plurimum & amande & colende, & me, quod facis, amare perge. Script  
Ulmæ, 5. Maii, 1595.

R. d. 1.

ob servantiſſ.

L. Hutterus, D.

Ornatiss. M. Ludovicum Episcopum, meis verbis peramanter salvere ju-  
beo, literarumque intermissioni ut ignoscat, etiam atque etiam rogo. Nam do-  
loribus capitis nondum remittentibus, pluris mihi ipsi facessere negotii, mi-  
nus consultum existimavi.



XLIX.

Sal. in Servatore Christo, Reverende & clarissime D.

Doctor, Domine, compater & frater honorande.

R Emmito tibi epistolam Huberianam, ad quam, quæ respondisti, perplacent mihi  
omnia, planeque eis subscrivo, nec quicquam mutandum aut demendum exi-  
stimo. Velle tamen, nisi molestum tibi esset, hæc etiam sequentia addi: 1. descri-  
men perspicuum inter dogma Calvinianorum, tum de particularitate Electionis,  
tum de prævisione Fidei, & nostram de iisdem sententiam: ubi etiam testimonia duo

Ccccc 3

Rom.